Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel: Aristoteles – Nürnberg, STN, Cent. IV, 1
Signatur: Cent. IV, 1

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

tionis contrarium est. Continue autem movetur
quod nichil aut paucissimum deficit rei
non temporis et statim aut post ypa-
chin, id est primas sonare ultimam. Sed
rerum in quo movetur. Hoc autem et in hiis que sunt
secundum locum et in aliis mutationibus
manifestum est. Contrarium autem secundum locum est secundum
rectitudinem distans plurimum. Circum-
ferentia enim finita metrum autem finitum est.
Consequens autem quod cum post principium
solum sit aut positione aut specie aut a-
liquo sic determinatorum nullum medium
est eorum que sunt in eodem genere
et cuius consequens est. Dico autem ut lineam
linee secundum quod sunt linee aut unitatis uni-
tas secundum quod sunt unitates aut domus
domus. Aliud autem nichil prohibet esse me-
dium. Consequens enim alicuius consequens est et posterius
aliquid est. Non enim unum consequens est
duobus neque nova luna secunde consequens.
Sed habitum autem est quod consequens est cum
tangat. Quoniam autem omnis mutatio in
oppositis est, opposita autem contraria et que
secundum contradictionem sunt, contradictionis
autem nichil medium, manifestum est quod in contrariis
erit medium. Continuum quidem
habitum aliquid. Dico autem esse continuum
quando idem fiat et unum utrorumque terminus quo tan-
guntur et sic significat nomine contine-
atur. Hoc autem esse non potest cum duo sint
ultima. Sed hac determinatione manifestum est quod
in hiis quidem est continuum ex quibus
unum aliquid aptum natum est fieri secundum
contactum et sicut aliquando fit continuum
unum. Sic et totum unum erit ut quod
colla aut tactu aut adnascentia.
Manifestum autem quod et principium consequens est quam
tactum. Quod enim est necesse consequens esse.
Et consequens autem non est tangere omne et in pri-
oribus ratione consequens est ut unus tactus
quod non est. Et si quidem continuum
est necesse est tangere. Si vero tangit nec-
dum continuum est. Non enim necesse est
unum esse ipsorum ultima si simul sunt.
Sed si unum necesse est et simul. Quare
nactus ultimum est secundum generationem. Necesse est
enim tangere si adnata erunt ultima.
Que autem non contraria omnia adnata sunt in quibus
autem non tactus manifestum est quod non est
in partibus hiis. Quare si est unitas et
punctum qualia dicunt separata non possibile
est esse unitatem et punctum idem. Hiis
quidem inest tangere unitatibus autem
consequens esse, et horum quidem contingit esse medium. Omnis
autem linea medium punctorum est. Harum
autem non est necesse, nullum enim medium
est dualitatis. Quidquid igitur est simul
et extra et quid tangere et quid medium
et quid consequens et quid habitum et continuum
non qualibus unumquodque quod eorum inest
dictum est.

Unus autem motus dicitur multipliciter. Quidem
enim multipliciter dicitur genere quidem unum esse
secundum figuras predicamenti loci mutatio
quedam(?) enim omni loci mutatione genere
una est, alteratio autem a loci mutatione
altera genere est. Specie autem unum est in genere
unus et in individua specie sint ut colo-
ris quidem habet differentias. Jam igitur aliud
specie denigratio et dealbatio. Omnis
autem dealbatio omni dealbationi idem
secundum speciem erit et omnis denigratio de-
nigrationi. Albedinis autem non amplius
unum specie una dealbatio dealbationi
omni. Si autem sunt quedam que et genera
simul et species sunt manifestum est quod ut
specie una erit simpliciter autem una specie non ut
doctrinatio hec scientia quoniam est species ex-
stimationis. Genus autem scientiarum aliarum.
Dubitabit autem aliquis si unus specie motus
sit tamen ex eodem in eodem idem mutatur
ut unum punctum ex hoc loco in hunc
locum iterum et iterum. Si autem hoc est, erit cir-
culatio rectitudini idem volita-
tio ambulationi aut determinatur hec
id in quo est. Si alterum est specie quoniam alter
motus est. Circulare autem a recto alte-
rum specie est. Genere quidem igitur et specie